

5.

Si a *sponso* rebus sponsae donatis interueniente osculo c) ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint, et quocunque iure successerint, ut donatio stare pro parte dimidia, et resolvi pro parte dimidia videatur: osculo vero non interueniente, sive sponsus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem, et donatori *sponso*, vel heredibus eius restitui. Quodsi *sponsa*, interueniente vel non inter-

c) Frequens interpretum concursus ad has delicias. Etenim praeter commentatores Codd. Theodosiani et Justinianei ex instituto hanc legem interpretati sunt *Jo. Phil. Sleuogt*, *posit. jur. de osculo ante nuptias. Jen. 16...* *Chr. Vlr. Grupen*, *comm. ad l. 16. C. de don. ante nupt., qua legis sententiam, quod communius heic tradunt interpretes, osculo virginitatem delibari, modeste expendit. Jen. 1714.* et iterum *Franc. et L. 1741. 4. Ev. Otto*, *tr. de iurisprud. symbol. Traj. ad Rh. 1735. Ex. II. c. 6. Anonymus*, in comm.: *Von dem Rechte des Kußes, bey Gelegenheit des L. 16. C. de don. ante nupt.; in den Erweiterungen des Erkenntnisses und Vergnügens, 8. Stük. Primoribus tantum labris locum nostrum tetigit Ge. Rittershusius in comm. hist. philol. de osculis, Alt. 1626., inserta Facetiis facetiarum, Pathopoli 1687. 12. editis, Sect. IX. p. 114. sq. Add. C. F. J. Schorck Abb. von dem Rechte des Kußes. Gotha, 1768. 8.*